



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

V. De confessis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

Si patroni alicujus beneficii Ecclesiastici, sive sine laici, sive clerici, aliquem ex apostatis & extra claustra vagantibus ad beneficium de eorum jure patronatus existens tunc vacans presentaverit, presentationes hujusmodi sint eo ipso nullae, irritae & inanes, ac viribus careant, & ipsi patroni jure presentandi alios ad eadem beneficia pro ea vice tantum privati existant.

Pius Quartus, ex reformationis penitentiariae Apostolicae decretis.

Tu patronatus concedendi legitima causa qua sit.

Penitentiarius ac penitentiariae Apostolicae regent abstinere a concessione juris patronatus, seu presentandi ad beneficia Ecclesiastica propter augmentum fructuum, sed tantum ex causa fundationis vel dotationis illud concedere possit.

TITVLVS V. DE CONFESSIS.

Paulus Quartus.

Confessi crimino aut probatissimi iudicij quatuordecim annorum carcerari non relaxantur, nisi in facis, est prestata fuerit cautio.

Lex iuris communis dispositione satis provisum sit, ut de aliquo crimine inquisitus, dum super iudicij contra eum existentibus discutitur, ab torture in ejus persona iure locus sit, personaliter in carcere detineatur, & ut crimen confessus in quem nihil nisi ut penam solvere cogatur, agendum restat, quousque ille debite punitus fuerit, non relaxetur: tamen ubi nuper accepimus, rei criminum torture supponendi, sub cautione de se representando, & confessi sub simili cautione, seu etiam sub cautione de stando juri, & iudicium solvendo, plerumque relaxantur, quo fit ut illi extra carcerem possint expeditionem non procurantibus, causae hujusmodi differantur, & demum oblivioni tradantur, aut variis viis rei ipsi, post aliquod tempus, cautiones praestatas liberari procurent, sicque ipsi penas debitas effugiant, & delicta remaneant impunita, in grave scandalum, & pediculum ceterorum exemplum. Nos itaque huic abusu occurrere volentes, more simili, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine, tenore presentium decernimus, statum & ordinamus, ut nullus, qui ex iudicij contra eum laborantibus iure torquendus veniat, seu de quo dubitetur, dum de iudicij hujusmodi, an ad torturam sufficientia sint, disputatur, quo usque per torturam iudicia ipsa purgaverit, aut eum torture subijciendum non esse, cognitum fuerit, nisi procuratore sibi constituto ad haec omnia citato & interveniente, sub quavis cautione a carcere relaxetur, neque super his extra carceres audiat. Nullus etiam qui crimen in iudicio confessus fuerit, contra quem nulla sunt partes iudicij, nisi in exequendo, etiam si pro crimine hujusmodi pecuniaria poena placendus veniat, & quaevis cautionem de illa solvenda praestare offerat, a carcere relaxetur, nisi poena ipsa, praefato sibi procuratore de super audito, debite perfoluta, sicque per quoscunque iudices quavis auctoritate fungentes, iudicati, dimittant, & observari debent, subacta eis & eorum cuilibet alteri iudicandi & diffinendi facultate, irritumque & inane quicquid contra praesentium tenorem a quoquam quavis auctoritate, licenter vel ignotantes, attentari contigerit, decernimus.

Paulus IV.

Tu presentandi private qui apostatam presentat ad beneficium jure patronatus.

1. Constitutione, dotacione, vel fundacione, ut ius acquiratur, sic et istem tribus modis conservatur, cap. 3. de jure patronatus, cap. 1. de monachis, & ibi glossa, 16. questio. 7. cap. 1. de abbatibus in 2. 22. questio. 2.

2. Pan. in cons. 4. & 106. lib. 2. Cass. ad dec. 7. de jure patronatus, in sum. 6.

Pius V.

Rei confessi a vinculo carceris non solvantur nisi executionis sententia paruerint.

CAP. II.

Vm sicut accepimus, visitatores carcerum alimz urbis noitra, homicidii, aliorumq; capitalium criminum reos carceratos, ad illorum absolutionem & liberationem nimia humanitate proni atq; proclives, sepe a carceribus liberari faciunt sub cautione de se presentando, aut alias sub aliis obligationibus & conditionibus eis bene visis, & ita processus debilitantur, & causarum expeditiones differuntur, vel (quod molestius ferimus) eos quandoq; liberant, ac propterea delicta impunita remanent contra jus & utilitatem a publicam. Nos considerantes impunitatem scelerum esse incentivum malorum, nolentesque in futurum reos homicidii, & aliorum delictorum capitalium, nisi in casibus a iure expressis, a carceribus liberari, & extra carceres audiri, ac levius puniri, tenore presentium, eidem visitatoribus sub poena indignationis nostre inhibemus atque interdicimus, ne posthac reos carceratos, ut praemittitur, arbitrio suo relaxent & liberent. In levioribus autem delictis reos confessos aut convictos non relaxent, neque liberent, nisi prius sententia, aut condemnationi, quam eis indigentiam & imponendam duxerint, paruerint, & illius executione facta fuerit. Volumus autem, quocumque viderint aequitatem juris rigori attenta facti qualitate praefendam esse, cum ad solum Principem ius decernendi inter jus & aequitatem non scriptam spectet & pertineat, tunc facti qualitas diligenter invista consideretur, & si quid ab eis de iure relaxandum videbitur, nobis unus ex visitatoribus una cum iudice causa referat, praesente procuratore fiscali, vel Advocato fiscali eiusdem Camera & fiscali, ac etiam pauperum advocato, ut a nobis quid statendum & deliberandum sit, intelligant.

Idem.

In causis criminalibus confessi appellare nequeunt.

CAP. III.

IN confessos iudices procedere possunt, non obstantibus b appellacionibus & inhibitionibus, & absq; aliquarum poenarum incuria.

TITVLVS VI.

DE DOLO ET CONTVMACIA.

Pius Quartus.

Defensio condemnatorum in contumaciam, infra semestre exigi debet.

CAP. I.

Quoniam sepe contingit, ut qui ex aliquo crimine in contumaciam condemnati fuerint, perdurant ad multos annos in contumacia, expectantes occasionem, ut per temporis diuturnitatem criminis probatio impossibilis reddatur, & tunc quareunt contumaciam sibi remitti, & super defensionibus audiri, cum criminis probandi facultas est fisco subblata, causisq; plerumque vel coram iudicibus in ipsos propensis, vel in locis ubi iura fisci deduci non possunt, introducentes, statim, quod rei in contumaciam condemnati, ad suas defensiones faciendas admitti non possunt, nisi infra sex menses e, quoad faciendas videlicet a die condemna-

tionis, quo vero ad iam factas contumacias, ad publicationis praesentium computationem, quae ad id in loco ubi condemnatio facta est, et in extra provinciali Provincia ubi delictum factum contumacia, si secus fieri contingat, quaeunque absolutiones obtinenda, etiam si vigore commissionis quaevis obtineri possit, nullus sunt roboris vel momenti, sed ad hanc condemnationem iam factam executione deinceps sententia in contumaciam late censetur non obstant, & tanquam in rem iudicatum tractentur, nec & personaliter executioni demerentur. Nec hereticis pro fit minor aetas viginti annorum. Item hereticis maiores quatuordecim annorum contumaciae banniti huiusmodi in contumaciam condemnati, non ant postmodum absolventi, sed per totam vitam sequeantur, et infamiz perpetuae illorum gratia, si in spiritualium solutione, absolvente decesserint. Datum Rom. 26. Maji 1565.

Pius V.

Semestre spatium concessum Pii V. decreti contumaciae ad primas causas defensionis, ad annum extenditur et proposita tamen, ut sponte comparere non distant, non capere, non faveat & patrocinetur.

CAP. II.

Dvdm postquam scilicet record. Pape Pii V. apud nos, cuiuslibet subreptis delictis, obviare, per quosdam suos in forma appropinquatas litteras, sub dat. Romae apud sanctum Petrum, Julii. Ann. 6. inter alia significavit, quod reos contumaciae condemnati ad suas defensiones hereticis non possunt, nisi infra sex menses, quoad factas contumaciam a die condemnationis, quo vero post publicationem computationes, per alias nostras, quibus infra sex menses proprii emanatas litteras, die 10. mensis Iulii, huiusmodi nostri anno primo publicatas, annuum terminum huiusmodi ad annum prorogamus, ad septimum huiusmodi defensiones non nisi post octiduum terminum denegari deberet. Contumaciae, sicut accepimus, a nonnullis ordinacionibus in illis edendis intentionem variis calumniae duntaxat & super earum finibus interpretacionibus appropinquatas, & illas intricare, & ea via iniquitate evitare satagentibus, sepe in dubium proferuntur, licet ex verborum proprietate res aliter intelligatur, scilicet tam sponte comparentes, et quibus licet motus proprius praefati praedecessoris, quoad defensiones infra dictum tempus, indistincte ad tempus edendis faciendum suas b defensiones, maxime duntaxat eodem nostro motu proprio appositus super reos contumaciae, videlicet. *Ad contumaciae huiusmodi defensiones, post annu elapsu terminum denegari debent, quae ad octiduum prolatae sunt, & videntur posse computacione, ut sponte comparentes, quam capere, nihilominus prodeant, quod verba ipsa nihil aliud dilacionem protogacionem terminu, his quibus ex motu proprio praedicti praedecessoris denegari non possunt. Nos igitur ad tollendum omne dubium, & obviare evitandum, quoad capiti, & sponte comparentes*

a Contumacia in criminalibus accusante. L. i. §. 1. de p. n. Bart. in L. i. de p. n. ubi. col. ff. de p. n. ubi. de p. n. ad repraesentandam in verb. significatur. b Contumacia quae ad non auditur, nisi contumacia facta expressis. ff. de p. n. §. si deum dicitur. ff. ex quibus causis non possunt. col. 2. de iudic. L. q. obstruere. ubi in articulo contumaciae huiusmodi confit.

a L. cum quidam. ff. de liberis & posthumis. c. ut fame. de sent. excomm. b Propria voce confessus, appellare non potest. l. 1. c. quomodo appell. ubi gloss. Bart. Bald. & Olivad. communem dicunt. c Pius V. in sequent. constitutione, contumaciae infra annum ad defensionem admitti posse decreti.